Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



5

Dominus dicit Invitatorium
Regem magnum adoremus
dnm. Venite exultemus dno.
Beatus vir qui non Psalmus
abiit in consilio impiorum et
in via peccatorum non stetit et in
cathedra pestilentiae non
sedit Sed in lege dni voluntas
et in lege eius meditabit die ac nocte Et erit tamquam lignum quod plantatum est
secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore
suo Et folium eius non defluet et omnia quecumque fa
cient prosperabuntur Non sic impii non sic sed tamquam
pulvis quem proiicit ventus a facie terre Ideo non
resurgent impii in iudicio neque peccatores in consilio
iustorum Quoniam novit dns viam iustorum et iter impiorum
Quare fremuerunt Psalmus Ps peribit Gla
gentes et populi meditati sunt inania Con
tristati sunt reges terre et principes convenerunt in unum
adversus dnm et adversus xpm eius Irrumpamus
vincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum Qui
habitat in celis irridebit eos et dns subsannabit
eos Tunc loquetur ad eos in ira sua et in furore suo
conturbabit eos Ego autem constitutus sum rex ab eo super
sion montem sanctum eius predicans preceptum eius Dns
dixit ad me filius meus es tu ego hodie ge
nui te Postula a me et dabo tibi gentes in
hereditatem tuam et possessionem tuam terminos
terre Reges eos in virga ferrea tamquam vas